



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786

VD18 90119347

§. 78. Varii libri & scripta a S. Romana Indicis Congregatione proscripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

proscriptam, colloquia circa varia argu- Sæc. XVIII.
menta Theologica, Epistolam ad Ori- A. C. 1736.
genem Adarantinum, id est Simonium
defensionem criticæ artis, vitam Cardi-
nalis Richelii, artem criticam, cuius
tamen volumina tria jam anno 1703.
die duodecima Martii ad Indicem lib-
rorum prohibitorum rejecta fuere:
Præterea Clericus imprimi fecit, com-
pendium Historiæ universalis ad tem-
pora Caroli M. Novum Testamentum
cum notis. Epistolas criticas & Ec-
clesiasticas, Bibliothecam selectam, &
alia non pauca.

§. LXXVIII.

*Varii libri & Scripta a S. Congre-
gatione Romana Indicis pro-
scripta.*

Cum indies exitiosa pravorum libro-
rum seges ac zizania copiosius
crescerent, indeque fidei integritas,
morum pietas, & Christiana charitas
gravissime læderetur, hinc summus
Pontifex continuato Zelo ac vigilan-
tia prospexit, ut perniciosi ejusmodi
fœtus fidelium manibus eriperentur,
inu-

Sæc. XVIII. inustoque proscriptionis stygmate in
A. C. 1736. fames atque abominandi redderentur.

Spurium ejusmodi partum ediderat
in Galliis quidam Jansenista sub titu-
lo: *Documenta circa jus secundi Ordini*
Ecclesiastici unacum traditione, ex qua
præfati Ordinis jura comprobantur. Ni-
tebatur Auctor demonstrare, quod
simplex Sacerdos æque ac Archiepil-
copus vel Episcopus in rebus fidei
judicandi potestatem habeat, nec E-
piscopus sine sui Cleri assensu judicium
ferre possit: Falsam porro hanc doctri-
nam & librum S. Congregatio jam an-
no hujus sæculi trigesimo tertio die vi-
gesima sexta Augusti damnavit, hoc
autem anno Catholicus quidam Scrip-
tor adulterinum hoc dogma egregie
confutavit, edito libro, quem inscrip-
tit: *Documenta Historico-dogmatica circa*
*Judices fidei, in quo Scriptor compre-
hendit, quod Episcopi ab ipso*
met Christo in rebus fidei judicandi po-
testatem acceperint, nec eam a Cle-
sui assensu expectare teneantur. In-
per ex eadem Quesnelistarum & fanatici-
corum Parisiensium officina prodierat
infamis quidam libellus ita inscriptus:
Libellus supplex Parlamento a viginti tri-
bus Parisinae Urbis, Suburbiorum, vicino-
rumque locorum Parochis oblatus contra

P
ne
oc
Pe
in
fir
so
au
se
Pr
ne
H
sit
ne
Ap
Qu
ma
sus
di
Do
Di
H

Pastoralem Instructionem Langueti Seno- Sæc.XVIII.
nensis Archiepiscopi anno 1734. impressæ A.C. 1736.
occasione miraculorum per merita Domini
Parisii patratorum. Ast hunc delirantis
 ingenii fœtum S. Congregatio die vige-
 sima Junii per speciale decretum cen-
 soriae severitatis nota perstrinxit, die
 autem decima septima Maij damnavit
 sequentes Christophori Cellarii libros:
 Programata varii argumenti, oratio-
 nes in illustriori confessu recitatas,
 Historiam universalem breviter expo-
 sitam Historiam medii ævi, dissertatio-
 nes Academicas varii argumenti, &
 Appendicem duarum dissertationum.
 Quorum prima erat de excidio Sodo-
 mæ altera de Pathimo Lutheri adver-
 sus Cardinalem Pallavicinum. Denique
 die vigesima Junii proscripta est vita
 Domini de la Noe-Menard Presbyteri
 Diœcesis Nannatensis unacum Historia
 sui cultus & relationibus miracu-
 lorum, quæ ad ejus tumulum
 patrata sunt.

